D. DIDACI YBAÑEZ

DE FARIA,

J. U. P. GADITANI,

CAROLI II. HISPANIARUM, INDIARUMQUE REGIS CATHOLICI

à Conſiliis, in Cancellaria de Buenos Aires Fiſci Regii Patroni, & in Goatemalenſi Prætorio apud Americam primarios inter Judices adſcripti;

ADDITIONES,

OBSERVATIONES ET NOTÆ

AD LIBROS VARIARUM RESOLUTIONUM

ILLUSTRISSIMI AC REVERENDISSIMI D. DIDACI

COVARRUVIAS A LEIVA,

EPISCOPI SEGOBIENSIS,

AC SUPREMI CONSILII CASTELLÆ PRÆSIDIS.

EDITIO QUINTA.



COLONIÆ ALLOBROGUM,

Sumptibus FRATRUM DETOURNES.

M. DCC. XXVIII.

49473

PRÆFATIO
AD
LECTOREM.

JURIS utriuſque arcana percallendi cupidus, velut oracula veneranda ILLUSTRISSIMI AC REVERENDISSIMI D.D. DIDACI COVARRUVIÆ Opera ſemel, atque iterum ſedulus evolui, non pauca obſervans, quæ Neoterici ab eodem communi Magiſtro inſtructi noviſſimè excogitarunt. Hæc cum ſtudioſis quicquam utilitatis crederem allatura, ipſos eo qualicumque munere fraudare non tulit animus, & ſpe aliis proficiendi, propriæ, juſtæque formidini non peperci; ſed libellum hunc præire libuit, quaſi tuæ benevolentiæ exploratorem, ſi enim votis reſponderit eventus, reliquos in lucem prodire citiſſimè ſatagam; alioquin quanquam opus iſtud diſpliceat, non omninò operam perdiderimus: nam ſaltem ingenuus meus innoteſcet affectus, cui indulgeri æquum eſt, quicquid animadverſione dignum repereris. Nec torvis oculis (quod enixè deprecor) primogenitum ingenii fœtum intuearis, imò pro tua benignitate propitiùs excipias. Illud hîc te admonere non omittam, in comprobandis D. COVARRUVIÆ Concluſionibus me conſultò non attuliſſe jura, gloſſas, antiquóſque D.D. quoniam ille affatim de his mentionem fecerit. Vale.